

4
1775, 1d

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
**DIFFICILI SAEPE CAVSARVM
SCRVTINIO IN MORBIS, EXEMPLO
ICTERI IN PVERO VERMINOSO
OBSERVATI ILLVSTRATO.**

QVAM
AVCTORITATE
ET CONSENSV GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PRAESES ISTE
D. PHILIPPO ADOLPH. BOEHMERO

POTENTISSIMO BORVSSOR. REGI A CONSILIIS AVLICIS,
MEDICINAE, ANATOMIAE ET CHIRVRGIAE PROFESSORE PUBL. ORDINAR.
NEC NON FACVLT. MED. SENIORE EIVSDEMQUE H. T. DECANO ETC.

PRO
GRADV DOCTORIS
SVMMISQUE IN ARTE MEDICA HONORIBVS
ATQUE PRIVILEGIS RITE CAPESSENDIS
AD D. XVI. IANVAR. CLOCC LXXV.

PUBLICE DEFENDET
AVCTOR
PAVLVS IOACHIMVS SCHEELE
STRALSUNDENSIS POMERANVS.

HALAE AD SALAM
AERE HENDELIANO.

DISTERTATIO MAMARUM

DILECTI SAEPE CAVARI
SCRUPTIO LI MORN EZE THO
ICHTIN IN LARO VETV CO
GERVATI HERKATI
D. HINOT ADGITH DETHM

TO COA SODA
HOMA RUS TUR
ERPERI TITI TUS
A P TAKA KAZA
TATOS
SALAS LOACHIAZ BOTLIZ
TATIKAZ

SACRAE MAJESTATIS
SVECIAE REGIS
MAGNAE FIDEI VIRO,

C^ELSISSIMO COMITI

FRIDERICO ADOLPHO
DE LOEWENHIELM,

REGIO CUBICULO PRAEFFECTO,

AD AULAM ELECTORALEM SAXONICAM

POMERANIAE ET ALIAS PROVINCIAS
POTESTATEM EXERCERE LEGATUM

POMERANIA SVECIA

THEATRUM MUSICALIA

SACRAE REGIS

MAGNAE TRIBUS AERO

CHORALIS COMITI

SPECIMEN HOCCE ACADEMICVM

DE LOESENHEIM

D. D. D.

PROTOMUS ET TERTIUS ORGANIST

A V C T O R

PAVLVS IOACHIMVS SCHEELE,

POMERANIA SVECVS.



§. I.

Academiae valedicens, non incongruum esse puit, si quandam, ex ampio medicae doctrinae thesauro, particulam eligerem, eandem, pro virium tenuitate, diligentius quodammodo explicarem, atque deinceps qualescunque meos labores publico eruditorum examini submitterem. De argumento igitur mecum cogitans, primo quidem caput quoddam chemiae vterius elaborare atque illustrare mecum constitui, quippe qui hanc. ce doctrinam a primis iuuentutis annis singulari prorsus amore amavi. Berolini autem degens, ibique occasionem, et vi-
sendi aegros et Medici eruditii consuetudine ac colloquio
vtendi, naestus: mea in disquirendis et examinandis morbis

A

eo-

eorumque symptomatum causis eruendis cupidus et voluptas
valdopere crevit, tandemque adeo me audacem fecit, ut,
cum duce egregio Medico morbum i^{ter}ritum non omnino
vulgarem viderem, statuerim, hunc ipsum morbum diligentius
describere, in eius causas inquirere, et exinde, quam saepe
difficile sit morborum scrutinium, paulo fusi ostendere.
Constat inter omnes, quam difficile, quam obscurum saepe
sit hoc, in variis morbis, causarum scrutinium. Non raro
symptomatum causa pro morbi causa arripitur, et Medicus,
hanc prosequens tanquam veram morbi causam, egregie
fallitur. Videtur etiam haec symptomata modo tollendi me-
thodus iam multos habere sectatores atque affectus, impri-
mis, cum sic dictorum specificorum catalogus ferme quoti-
die crescit atque augetur. Haec vero in quibusdam mor-
bis vniuersaliter laudata specifica, plerumque sine iusta aesti-
matione causarum atque subiectorum promiscue suadentur et
exhibitentur, quo autem non raro accidit, ut saepe plus no-
ceant, quam iuuent. Non opus esse arbitror, ut multis hoc
exemplis probem; qui enim sic dicta specifica recentiorum,
in medela morborum non plane neglexerunt, de veritate
eorum, quae dixi, abunde persuasi erunt. Contemplare
quaesito, rogo te, obseruationes plurimas, quas, ad specifi-
corum suorum virtutem probandam, collegerunt, et vide-
bis, parum vel nihil in illis de diuersitate misericordia morbos,
de subiectorum et causarum varia indole, annotatum esse,
cum tamen certissimum sit, ex varia causa, eundem quidem
mor-

morbum et in variis subiectis saepe oriri, variam tamen pro
 varia causa medendi methodo opus esse. Medicus est Physicus
 corporis humani; dedecori igitur illi esset, si ex cognitione
 morborum, tantum nominali, methodum medendi construere
 veller, minime vero intelligere, causas detegere morbi pri-
 mum esse officium. Genuinus Medicus existimatur, cum bene
 inteligit, illum modo felicem esse, et bonum nominari pos-
 se Clinicum, qui morborum causas eruere summo studio,
 diuturna diligentia laborauit, quamquam fatendum, hanc ipsi
 felicitatem non semper contingere. Natura enim, etsi saepe
 admodum simpliciter et manifeste agit, tamen et interdum
 tam arcana, denso velo oculos mortalium obducit, ut titu-
 bantes a tramite delirent, et saepe saepius filo Ariadneo opus
 habeant, si ex Labyrintho extricare se velint. Docuerunt
 id me doctorum et bonorum Medicorum scripta; aegrique,
 quos ipse vidi, me in mea sententia confirmarunt. Quo
 difficilius igitur studium medicum est, eo maior adhibenda
 est diligentia, ut iustum eius atque perfectam nobis doctri-
 nae cognitionem comparemus, cum nobis nil sanctius, quam
 aegrorum, qui suam nostrae scientiae commiserunt, vitam,
 restitutio esse debeat, squidem vti Thales dixit ^{a)} *is modo felix, qui sanus est.* Iterus saepe non modo salutem,
 sed etiam vitam aegrotantibus adimit, et causac illius ferme
 innumerae sunt, quarum scrutinium Medentibus saepe mul-
 tum negotii fecit, ut inter omnes constat, et ex illis, quae

A 2

dein-

^{a)} Diog. Laert. in Vita et Opinionibus Thaletis.

◆◆◆◆◆

deinde proponam, vltterius patebit. Progrediar iam, ad eius causarum diuersorumque symptomatum considerationem, et inde saepe obtuientem scrutinii causarum morbificarum difficultatem probari facile posse, demonstrabo. Intelligo quidem bene veritatem sententiae quam habet PLINIVS ^{b)} *suum cuique placere;* confido tamen, fore, ut aequi rerum censores his primitiis indulgeant, et secum perpendant, a iuuene et in scribendi arte non versato, sed peregrino, noua et vltima adhibita lima perpolita expectanda non esse.

§. II.

De ictero in genere.

Librum sat magnum confidere possem, si omnia quae de hoc morbo et dicta iam sunt, et dicere adhuc possent, amplio sermone describere et enarrare vellem; cum tamen iustis limitibus haec scriptiuncula circumscribenda sit, liceat primaria tantum momenta proponere, et de his disputare. Si bilis in sanguinem effunditur, illumque inquinat, ut hanc inquinationem ex flavo tincto corporis habitu externo dignoscere possimus, status ille corporis *Icterus* appellatur. Hanc bilis effusionem imprimis clare atque distinet in iis locis cito deregere possumus, qui tenuissima epidermide gaudent, vt imprimis in adnata oculorum tunica videmus. Primum hunc et leuiorem icteri gradum dicimus, si enim morbus vel crescit, vel grauieres cause illum produixerunt, color icte-

ri-

D) PLINIVS in Hist. Mund. L. XIII. p. 247. Edit. Basili.

ritius flauus in nigrescenteim mutatur, qui pertinacissimus morbus saepe omhem Médici operam et diligentiam eludit. Icteri vox graeca origine est, (vti deinde videbimus,) sed et latinitas varia illi nomina imposuit. Sic enim *Arquatus*^{c)} appellatur, quod nomen accepisse fertur a varietate coloris in arcu coelesti; *Aurigo*^{d)} ab aliis dicitur, nonnullis *morbus regius* audit, cuius denominationis causam in Celso^{e)} inuenire potes. Graeci igitur eum Icterum dixerunt, quia oculorum albus color in flauum mutatur, hoc primum morbi indicium est, iuxta enim silvestris mustelae species est, et oculos colore simili tintos habet. Suidas vero ἀνδρῶν λευκῶν, hoc est a miluis derivare voluit, quia et in harum auium oculis eiusmodi color cernitur f). Sed relinquamus hanc diuersorum nominum, a colore desumptorum, enarrationem; diuersitates enim, a colore desumptas, plurimas facere possemus, nam plurimae inter leuiter flauescensem et fere nigrum moriente Illustr. v. SWIETEN^{g)} Icterum intercurrunt, uti et ARETAEVS^{h)} iam annotauit. Cum igitur hae diuersitates a solo coloris discriminé factae, parum ad morbi causas eruendas

A 3 *Quaestiones de medicina animalium* fa-

c) CELSVS de Med. Libr. III. 24. CAELIVS AVRELIANVS
de morb. chron. Libr. III. cap. 5.

d) v. SWIET. Comment. in H. Boerh. Aphorif. P. III. p. 95.
e) l. c.

f) v. SWIET. loc. cit.

g) loc. cit.

h) ibidem.

faciant, quippe quae nil nisi maiorem, aut minorem morbi gradum indicant, liceat aliam huius morbi proponere diuisiōnem. Putauit nempe illum commode in iēterum idiopathicum et symptomaticum posse diuidi, cum notum sit atque cognitum, illum vel a vietiis in hepate et vesicula fellea latentibus, vel ex aliis morbis suām originem trahere. Scimus enim (ut postea etiam amplius declarabimus) a morsu Viperae ⁱ⁾, ab infiictio capiti vulnerē ^{k)}, non raro iēterum ori ri, non minus febris interdum continua fere iungere ^{j)}, et nuper demum in aegri febri intermittentē tertiana labo ranti faciem bene flauam vidi. Eiusmodi iēterum igitur symptomaticum vocare vellem. Si vero aut post inflammationem iecoris, aut per calculos vesicae felleae aut ductus cystici aut communis, vias bilis obstruentes, iēterus oritur, tunc idiopathicum nominare vellem. Vidimus quidem iam, quid sub nomine Iēteri intelligimus, ad perfectam tamen et pleniorē eius cognitionem, necesse esse arbitror, ut symptoma hunc morbum comitantia breuiter describamus. Exponamus igitur primo leuiorē, et deinde grauiorē iēteri symptomata. Quilibet tamen facile veniam nobis dabit, si in

ⁱ⁾ D. CH. GOTTL. LUDWIG institut. medic. clinic. Lips. 1758.

^{j)} §. 847. V. SWIETEN comment. in Boerh. Aph. T. III.

^{k)} P. 86. TH. WILLIS, de iētero p. 142.

^{l)} Historia anatom. medica, Parisiis 1767, auct. JOSEPH. LI EVTAUD P. T. obs. 729. p. 178.

^{m)} Id. P. L. obs. 539 et 881.

in recensione eorum non omnia, quiae huic morbo interdum accedunt, enarramus, quippe quod libelli molem nimium augeret, et a nostro scopo alienum esset. *Liceat igitur primaria tantum iudicare.*

a) Symptomata leuiora.

Commune plerumque icteri symptomata febris est, cuius tamen pro varia morbi grauitate, varius est gradus. Sic in ictero infantum, in quibusdam icteri idiopathici speciebus admodum mitis est, et per interualla solummodo recurrit et exacerbatur. Accedit illi lassitudo corporis, amarities oris, et saliuæ amarus sapor, flavius vrinae color; foeces vero sunt vel minus, vel omnino non bile tinctoriae, sed albae et quasi argillaceae. Ex hoc bilis defectu oritur porro segnities alui, et interdum satis pertinax eius obstructio. Procedente morbo, tandem sequitur nausea, vomitus et alia peiora incommoda.

b) Symptomata grauiora.

Si itaque icterus vel non cito tolli potest, vel a grauiori natus est causa, prioribus longe vehementiora succedunt symptomata, aut oriuntur. Primo enim febris longe fortior ac in priori casu et non raro inflammatoria adest, tumor hypochondriorum, flatus et spasm̄ colici simul aegros perturbant, oritur dyspnoea, et ingens habitus cutanei pruritus omnem aegris quietem adimit, sudores flavo colore linteua tingentes, illos adhuc magis eneruant, et in auctiori gra-

du

du torpor totius corporis, et tandem deliria, sopor^{m)}, con-
vulsio, aegros enecant, vel si haec non eueniunt, non raro hy-
drops et febris lenta ietero superuenientes, lentius quidem,
certe tamen illos trucidantⁿ⁾. In grauiori hac ieteri specie,
vrina ut plurimum ad maiorem vergit nigredinem, et inter-
dum tam atra fit, vt atramenti bene nigri nigredinem superet,
vti ipse aliquando in aegro ieterito vidi, cuius in vrina
et ipsum sedimentum sat largum, hocce colore tintatum fuit.
Interim praesagit eiusmodi vrina non semper funestum mor-
bi exitum, imo non raro leuamen morbi illam sequitur, vt
hoc ipse in aegro vidi, qui febre scarlatina laborauit sat
magna, et in statu iam viuens conualescitiae variisque com-
missis diaetae erroribus, oedemate subito per totum corpus
obruebatur simulque conuulsionibus dirissimis correptus ia-
cebat, nunc mitigatis et sopitis his conuulsionibus, diu ma-
gnam vrinae obscure nigricantis profluvium sine alio ieteri
indicio habuit, et tumor illo profluvio bene succedente, bre-
ui tempore dissipabatur et euanescerat. Vrina autem fur-
furacea^{o)} imprimit febre quartana stipata, pessimi ominis
esse solet. Enarratis sic primariis ieteri symptomatis,
breuiter nunc examinemus et disquiramus mirum illud
symptoma, quod quidam in hoc morbo, adesse aiunt, et
quod

^{m)} LIEUTAUD P. I. obs. 136. MORGAGNI de causis et sedi-
bus morborum, Ep. 37. 2. et Art. 4.

ⁿ⁾ LUDWIG infit. med. clin. §. 248.
^{o)} LUDW. I. c.

quod nuper demum in libro ^{p)} recenter in lucem edito, te-
latum legi. Vult nempe atque contendit Author, aegris
quibusdam ietero laborantibus, omnia obiecta, quae ob ocu-
los venirent, flauo tinteta colore illis apparere. Consulens
vero de hocce phaenomeno egregii MORGAGNI ^{q)} scripta,
vidi, illum hocce negare, qui hoc raro vel nunquam eveni-
re affirmat, et quidem ea propter, quia bilis oculi humori-
bus raro immiscetur, vt etiam hoc sua et aliorum experien-
tia abunde probat. Etsi enim obseruationes quaedam ex-
stant, quae nobis ennarrant, loco sanguinis, flauum e nar-
ibus humorem emanasse, quamquam, teste Bagliuio, post
scarificationem loco sanguinis eundem aliquando humorem
ex cucurbitulis eduxerunt, quin imo ipsa ossa flauo tinteta co-
lore ^{r)} inuenerunt: tamen rarissime accidere poterit, vt vasa
tam minuta, tam irritable, ac illa sunt oculorum, ita dilata-
tari possint, absque, si non perfecta visus orbatione, summa
tamen ad minimum laesione. Dubito etiam, num, illa in vasa
haecce effusione bilis facta, aegri lucis radios tolerare possint.
Si enim perpendamus, quam aegre illi, qui phlegmone
oculorum laborant, lucem patiantur, non video quomo-
do illi, bilis effusione in oculorum vasa laborantes, videre,

et

^{p)} Medic. chirurgisch. Handbuch, aus dem Englischen übersetzt,
Frankf. und Leipzig 1771. 45. Hauptstück.

^{q)} Epist. 37. Art. 9. p. 130.

^{r)} MORG. I. c.

B



er obiecta discernere possint. Par enim ratio adest; in phlegmone globuli sanguinis, vasa cruentum alias non vehentia ingressi, causa morbi sunt, in nostro casu causam, cur eiusmodi aegri obiecta flatua cernere dicunt, in effusione bilis iu haec minuta oculorum vasa sanguifera interna ponunt. Nonne igitur ex analogia concludere licet, si globuli sanguinis in haec vasa trus, tantos dolores producunt, et aegris summam lucis impatientiam conciliant,^{s)} non minores debere effusionem bilis in eadem loca dolores creare. Sequitur igitur ex his omnibus, aegros, tali effusione bilis facta, aut summos in oculis dolores habere debere nec lucem pati posse, aut si haec dicta desunt (vti de his nil in laudato authore legi) effusio bilis non aderit, et igitur etiam eius effectus adesse non poterit.

§. III.


Historia morbi ieteritii.

Expositis nunc primariis, ieterum concomitantibus symptomatibus, ad causas regredi, earumque variam indolem atque naturam rimari possemus, vt intelligeremus perfectius, ex quibus potissimum causis, tot tantique diversi effectus in corpore humano ab hoc morbo oriri possint. Sed liceat, breuem primo ieteritii morbi historiam in puer obseruati praemittere, quippe hic morbus in primis causa fuit, quae me de hocce argumento quaedam conscribere impulit.

Puer

s) LUDWIG instit. med. clin. §. 714.

Puer sex circiter annorum, qui a sanis de reliquo parentibus natus fuerat, primoque aetatis anno, nullo notatu digno morbo laborauerat, secundo, (vti in vrbibus frequentibus solenne est,) rachitidis vestigia in corpore ostendere incipiebat, quae tamen parentes, cum dentium labores, et tertio anno, morbillos atque variolas bene superasset, non attendebant, imprimis cum puer magna exinde incommoda non sentiret. Vexabatur quidem interdum vagis doloribus colicis, et abdomen multum tumere incipiebat. Dolores vero illos, cum vsu rhabarbarini pulueris, sine Medici auxilio breui temporis spatio mitigare valerent parentes, parum curabant; nam hocce puluere per aliquot vices assumto, alii quaedam mucosae deiectiones sequebantur, quibus omnes dolores dissipabantur; hinc parentes et saepe recrudescens malum flocci pendebant. Iam vero sextum viuens puer annum, hi dolores denuo insurgebant, et tanta vi aegrum aggrediebantur, vt vix illos ferre posset, et prae dolorum vi eiulatus ederet. Arcessito nunc Medico, omnia in usum vocabantur, quae contra hos diros dolores, utilia censeret medicamenta, Medicus (nam certe horrendum erat spectaculum), ut sunt: demulcentia, euacuantia, antispasmodica, clysmata varii generis, symptomata enim praesentia, colicae spasmodicae signa prae se ferre videbantur et dolorum acerbitas, longum et diligens causarum morbi scrutinium non permittebat. Quamquam autem, his dictis remediosis



omnibus magna viscidissimae faburrae copia e corpore eliminabatur, tamen dolores non prorsus cessabant, sed quodammodo sopiti mox noua vi iterum insurgebant, et miserum aegrum mire angebant atque excrucibant. Medicus igitur omnibus frustra tentatis remediis, per nouum et diligentius morbi examen veram causam eruere tentabat, et, cum vermes forsitan causam esse suspicaretur, omnia vermis solennia symptomata parentibus enarrabit, et num quaedam de illis aliquando in pueri animaduertissent, sciscitabatur? Sed nec ullum nisi commemorata, vel parentes vidisse affirmabant, vel aeger, ipse interrogatus, accusare poterat. At iam nouam de novo morbus ludit scenam, repente enim toto aeger in corpore fluescere incepit, et nunc reliqua iesteri symptomata secuta sunt, quorum primaria, tormenta ventris immania, ut antea, ventris obstruacio pertinax et febriles motus anomali cum doloribus capitis magnis, siti vehementi, amaritie quae oris fuerunt. Haec imprimis alui obstruacio tam pertinax fuit, ut ne fortioribus quidem euacuantibus atque clysmatibus variae compositionis frequenter applicatis, cederet. Omnibus in cassum tentatis, tandem terria die solutione salis marini aquosa, quae ex vncia una salis in aqua fontana vnciis sex soluta, praeparata erat, aliud soluebatur, quamquam antea varia salia media large ab aegro assumta, nil effecerant. Maxima viscidit quantitas nunc, et simul lumbricus cum celeri

Ieri dolorum leuamine e corpore expellebatur. Medicus igitur, cum continuatum huius solutionis usum suaderet, aegrotans quidem puer obediuit aegre, attamen cum ab hoc remedio magnum leuamen dolorum sentiret, et magna visceris dissimae faburrae copia, continuo cum aliquot adhuc lumbritis dicerentur, spes recuperandae salutis, et parentum preces nauseam vicerunt. Iam vero, cum album oculorum, tum vniuersus corporis habitus albescere iterum incepit, tumens abdomen sensim subsedit, et omnia reliqua symptomata euauerunt ita, ut iusto remedium per aliquot adhuc tempus usu, rectaque adhibita diaeta, bona nunc vtratur valetudine, et cum antea paucos dies sine dictis doloribus viueret, iam per longam temporis spatium ne ullam quidem ab iis incoommmodum sensit.

§. IV.

Causae ieteri variae. Causa difficultatis scrutinii causarum huins morbi.

Si umquam in morbis causarum scrutinium medentibus multum negotii saepe facessit, illis certo ieterus annumerandus est. Quotne enim quaeso quantaeque reperiuntur causae¹⁾ quae ieterum vel faciunt, vel sequuntur. Symptomata quidem, ut effectus de causis testari dicuntur, in ietero tamen, tot diuersae causae eundem morbum producunt, ut Medicus, quamquam suae artis gnarus, non semper genuinas detergere causas valeat. Ieterus enim nunc

B 3

Idio-

¹⁾ v. SWIETEN Tom. III. p. 127.



Idiopathicus, nunc symptomaticus, iam acutus, iam chronicus est, et quilibet diuersas suae originis causas haber. Neque semper multum diuersis symptomatibus stipatus est, vt igitur ex his obscuram in vera inuenienda causa lucem inueniamus, et non raro ex nocentibus et iuuantibus (vt clarius postea patebit) saepe maiorem, quam ex symptomatibus de vera illius causa nanciscamur notitiam. Cum autem tanta sit causarum quantitas vix iustus in illis recensendis ordo seruari potest; diuidimus ea propter illes, in praedispontentes seu remotas, occasioales, et proximam; de quibus singulatim breuiter exponemus et differemus.

Qui struetuam hepatis, et millenas in illo obuias vasorum complicationes attento oculo contemplatus est, eumque in hoc viscere ex sanguine allato humorem biliosum praeparatum, diligenter disquisiuit, videbit iam, in illo varias posse oriri causas, quae stases humorum, et igitur etiam peruersam bilis elaborationem producere valent. Solida ingeneri peccant vel elasticitate austra, vel imminuta; austra, rigidam efficit fibram; imminuta, laxam, flaccidam, debilemque, imprimis si vis imminuta accedit vitalis, a iusto et naturali dependens influxu fluidi nervuei. In fluidis sunt vel nimia tenuitas, ab aquosarum particularum copia, similiue causa; vel maior, quam naturalis, densitas et tenacitas; prius vitium oritur ab abundantia mucosarum particularum, posterius a terrae nimis adaucta quantitates, quae imprimis proclivitatem ad cohaerendum habet. Haec vero vitia si

in

in corpore adsunt, vti ad multos morbos, sic etiam ad ieterum e longinquo quidem disponunt, hinc vero accendentibus demum causis occasionalibus efficere tandem possunt. Vi scidum quidem iam nominauimus, huic autem non raro iungitur acre, quod si in sanguinis massa abundat et ad haec loca defertur, facile ieterum varias ob causas creare potest. Spissitudo igitur humorum atque tenacitas, coniuncta cum acrimonia quadam, solidorumque laxitas et debilitas vt et rigiditas remotissimae ieteri causae dici possunt. Per has enim remotas causas tandem omnes humorum elaborationes turbantur, et a statu naturali declinant. Quae si ita ab hoc statu recedunt, vt abundantia inde oleofarum terrestriumque partium copia, oriatur, augmentum bilis naturali maius fit, quae tandem si nimia est, quam quae a poris bilariis suscipi possit, temperiem biliosam in sanguine adesse dicimus ^{a)}; atque haec iam causa praedisponens minus remota ieteri dici posset. Robur solidorum vero nimium, tenacitas cruoris, acre irritans per sanguinis vndam in quandam corporis locum pulsum, ibique haerens, stimulans et spasmum in fibris excitans, omnes dico haec conditiones vti ad inflammationem vel disponunt vel ipsam facile producunt, sic et ieterum producere valent. Alunt vero et hanc solidorum dispositionem iuuant, vita sedentaria, vietus laetus,abusus spirituorum, dispositio hypochondriaca ^{b)}, animi pathemata, vti sunt in primis moeror et tristitia.

b)

^{a)} LVDWIG *instit. med. clin.* §. 846.

^{b)} V. SWIETEN P. III. p. 135.

b) *Causae occasio[n]ales.*

Occasionales causae in genere omnes illae dicendae sunt, quae bilis in sanguinem regurgitationem promouent, eius vero in duodenum progressum impediunt. Pertinent igitur ad hanc classem in primis spasmus ^{a)} et obstructio ^{b)}. Spasmus est violenta, inuita et inordinata fibrarum motricium actio ^{a)} quae tanto maior est, quo fortior impetus rei agentis in neruos est, quoque magis in loco, vbi maxima neruorum copia reperitur, oboritur. Arteriae multis sunt stipatae neruis, et illi copiosissimae in regione hepatis inueniuntur, vti sunt plexus coronario-stomachicus, hepaticus, splenicus, splanchnicus, inter quos omnes certa quaedam sympathia adesse debet, quippe qui omnes a neruo intercostali et pari vago potissimum formantur. Imperium vero neruorum in arterias non obscuram physiologiae scrutatoribus est ^{b)}, et omnes sciunt, quantam, ad promouendum sanguinis circulum humorumque secretionem, vim nervi possident. Quibus omnibus rite pensatis, luctuenter patere arbitrор, cur spasm[i] i[nt]erum gignere interdum possint? Causae vero, quae hos spasmos producere possunt, ferme innumerae

^{a)} LUDWIG I. c. §. 847.

^{b)} idem loc. cit.

^{a)} GAVBII H. D. instit. pathol. med. Edit. Lips. 1771. §. 743.

^{b)} Dissert. de neruorum in arterias imperio, Praef. ALBERT. de HALLER. Resp. Matth. Lud. Rud. Berckelmann, Goetting. 1744.

rae sunt; sat igitur erit primarias tantum indicate. Menti-
tis ^{c)} in corpus vim atque potentiam ex Physiologia co-
gnoscimus, et causarum morbificarum disquisitione, magis
illustratur adhuc et confirmatur. Vti igitur animi commo-
tiones multas in corpore efficiunt mutationes: sic et in no-
stro morbo in causarum numero non ultimum sibi vindicant
locum. Animi enim iracunda perturbatio non ~~fa-~~
ro isteri causa fuit; terror ^{d)}, vti exempla docent eundem
morbum effecit; hoc enim, motu vehementissimo, fluidum
nerueum agitat, et chordae neruosae (si ita dicere licet)
expanduntur, quo simul vasa et omnes illae partes, quibus
circumuoluuntur, coarctantur, fluidorum vero in illis mo-
tus, retardatur, vel penitus sufflaminatur ^{e)}; haec vero, vti
in toto corpore eueniunt, sic et in hepate eiusque annexa
vesicula fellea eueniire et isteri inde ortum promouere pos-
sunt. Acre irritans, vti sunt variae subtilisatae acrimoniae,
variaque venena, mechanica quasi sua vi interdum spasmos
producunt; sic viperae morsus ^{f)} peculiariter suo veneno, ple-
rumque isterum et varios spasmos, ut causam (sic enim ar-
bitror) dicti morbi gignit. Vermes non minus in hanc
claf-

c) Lucret. L. III. p. 557. nec autem cassum anima corpus durare et
fensibus vti.

d) MORG. Ep. cit. Art. 4.

e) LVDWIG Physiolog. §. 887.

f) LVDWIG med. clin. §. 847.

classem referendi sunt, de quibus tamen deinde fusius disserendi occasio erit. Capitis laesioribus non raro ieterus se Jungit, praesertim vti Celebr. POUTEAU ^{g)} cum Bertrandi affirmat, venalectionibus in pedibus copiose factis. Obstructio, secunda ieteri generalis causa occasionalis, est, quod tamen non ita intelligendum esse volo, ac si crederem, omnem obstructionem, in hepate ortam, ieterum producere posse; contrarium enim cadauerum sectiones, et magnorum virorum obseruationes ^{h)} me docuerunt. Sed si, ab humore spissiore, vel alia causa, aut ductus cysticus aut communis ita occlusus est, vt bilis in duodenum iter intercipiatur, tunc talem obstructionem, causam ieteri esse posse affirmo. Oritur igitur haec obstructio, vel a copia bilis spissioris ⁱ⁾, vel a calculis ^{k)} qui vel in ductu cystico, vel choledocco, vel in fellea vesicula ita haerent, vt via bilis occludatur, vel a quo cumque demum tumore, in his locis oborto. Supra iam monui, non omnem obstructionem hepatis ieterum facere, sic et non omnes calculi illum promouent, saepe enim in multis cadaueribus, quae dissecari vidi, calculos inuenimus, sine

ta-

^{g)} H. CLAUD. POUTEAU vermischt Schriften von der Wundarzneykunst, übersetzt von H. Rumpelt, Dresden und Warschau, 1764. p. 132.

^{h)} V. SWIETEN T. III. p. 123. MORGAGN. Ep. 37. Art. 10. p. 132.

ⁱ⁾ ibidem.

^{k)} SWIET. I. c. MORG. Ep. 5. Art. 10, 11. seq. WILLIS. de ietero, p. 142.

tamen vel minimo iicteri vestigio. Idemque apud varios Authores confirmatum leges. Flatus, foeces durae¹⁾ praeferunt in Coli eo loco, qui hepar respicit, haerentes, non raro icterum produxerunt; et hanc etiam ob causam icteros neogenitorum sat frequentes esse credo, vti et eius facilis sanatio, datis intestinorum canalem purgantibus, saepe impetranda, ulterius probat. Grauiditas²⁾ etiam interdum huic morbo occasionem dat, cuius causa facile intelligi potest. Sic porro inflammatio, vti iam diximus; suppuration, scirrus non minus in hanc classem referuntur. Sat magnum causarum occasionalium numerum proposuimus. Et quamquam aliae adhuc interdum reperiri possunt, tamen illis recensendis nos facile supersedere posse arbitramur.

c) *Causa proxima.*

Causa proxima iam per se patet, occasioneles enim, praedisponentibus iunctae, causam proximam sive morbum ipsum constituunt. Cum tamen in exposita morbi historia vidimus, icterum, expulsis vermis, euanuisse, non a re alienum fore, putau, si pauca, quae vermes, eorumque in corpore humano effectus concernunt, adderem.

1) v. SWIETEN T. III. p. 128.

2) idem l. c.

— — — — —

§. V. hæsi omnia in hygias
De vermis.

Si historiam vermium perlustramus, a variis collectam autoribus, inter quos Celebr. v. DOEVERN ^{o)} reliquis palmam propemodum eripit: videmus, variam de eorum origine autores alere sententiam, at vero hancce rem silentio praetereundam existimamus, cum nimium nos a tramite nobis praescripto abducere; sufficiat igitur quedam de iis in genere monere. In corporis externa superficie et in interna superficie et in internis partibus reperiuntur insecta, quae vermes dicuntur; hi vel ab applicato vel ab illato oriuntur seminio, quod quiescens sese evoluti, vermesque demum ipsos producit. Si ad causas eorum originis atque evolutionem attente respexerimus, inuenimus, illa praesertim corpora ad eorum generationem apta esse, quae magnam humorum viscidorum copiam alunt, atque debilitate insigni solidorum laborant. Quamquam porro in omnibus ferme corporis humani partibus vermes reperiuntur ^{p)} tamen in nulla frequentius, quam in tubo intestinali, quippe qui sat commodus locus est ad ouula illorum euoluenda, si nempe, quae supra monti, simul adsunt. Viscidum enim in primis viis prim. sumit originem, in hoc loco nunc accumulatum, nidus vermium sit, qui accidente languido solidorum

ro-

^{o)} Gualtheri v. DOEVERN Dissert. de Vermibus C. H. Lugd. Bat.
^{p)} ANDRY C. III. Art. I. 12 sq.

robore, facili negotio ex suis ouulis sese explicant. Patet
 exinde simul, cur praeprimis infantes & vermis obnoxii
 sint; hi enim teste BOERHAAVIO *simulac cibis crudis, fru-*
etibus horrariis, carnibus ^{r)} et sic porro vtuntur, vermes
 generant, *cum enim oua insectorum in aere et terra viuen-*
tium, cum illis assumta, vi motus peristaltici tenellum cor-
pus subigere non valeat, euoluuntur, et variae vernium spe-
cies generantur. Species vernium maxime cognitae, sunt
 Ascarides, Lumbrici, Taenia & quam iterum alii in duas
 species diuidunt, nempe in taeniam quae vermis latus, et
 maxime interdum longitudinis, est, et in cucurbitinos,
 qui quasi minores et abruptae taeniae partes esse videntur,
 saltim a quibusdam pro iisdem venditantur, et si sunt, qui
 eos ut a Taenia diuersam vernium speciem considerant, iam
 supra monuimus, in multis et diuersis corporis locis repe-
 riri vermes, et certe, nulla fere corporis pars reperitur,
 vbi vermes non iuuenti fuissent, vti multorum obserua-
 nibus facile probare possumus. ^{s)} SENNERTVS ^{t)} ipso in

C 3

cor-
 g) V. SWIETEN T. c. p. 128.

r) Herm. BOERH. Aphorism. 1359. Aph.

1753. et M. Nicolai ANDRY D. de la generation des vers
 dans le Corps de l'homme. Amsterdam 1701.

IV s) Taenia etiam ab aliis solitarius vocatur, quia plerumque sola esse
 dicitur; ANDRY tamen differentiam inter taeniam et solitarium
 facit, primum vermem dicit esse sine capite et motu, alterum
 habere caput rotundum et motum (III. p. 51. 52.)

t) ANDRY Ch. III. Ar. I.

u) Pact. III. L. II. C. III.

corde lumbricum repertum fuisse, enarrat; interim tamen, si pensitemus, ouulum ad vermis euolutionem quiete opus habere, et nunc perpetuum cordis motum consideramus, rationem non omnino capimus, quomodo hocce in loco fieri potuerit ut vermis ibi euoluatur. Statuere igitur mallem si haec, vti non dubito, cum SENNERTVS eam commemorauit, obseruatio iusta est, vermem in alio loco euolutum, hunc tandem petuisse locum. Vti vero laudatus au^tor in corde vermes vidit, sic etiam in pulmonibus, in pericardio, in dorso eos inuenit; nec desunt exempla vermium in cerebro ipso, in hepate, sive porro in reliquis fere omnibus visceribus repertorum. Quis enim quæsto corporis locus est, vbi vermes non dete*cti* essent? Ut varia sunt loca, vbi suam sedem in corpore figunt, sic etiam interdum varias sibi eligunt, vias, per quas iterum egrediuntur. Sic e naribus egressos esse legimus, et e dentibus, exhibito antea fumo aromatico, LOESEKE^{v)} enarrat, non minus de verme ex abscessu egresso, obseruationem legi.^{w)} Sed relictis his, potius ad effectuum, quos in corpore humano edunt, contemplationem progrediamur.

§. VI.

^{v)} Obser. anat. chir. med. p. 412.^{w)} in diff. de abscessu Praef. D. RUD. WILH. CRAVSI. Resp. Ioh. Leonh. Hechtel, Jenae 1690. §. XX.

§. VI.

De vermium in C. H. effectibus.

Vti magna symptomatum caterua, in i^ctero adest, sic non solum, neutquam minor, sed certo multo maior, et non raro stupenda atque horrenda eorum copia vermes comitatur, quae saepe tantae sunt efficacie, vt vitae magnas infidias struant mortemque celerem et inopinatam producant. Visitata et frequentiora vermium symptomata sunt, tumor abdominis, dolores, mox vagi, mox fixi ventris, appetitus varius, aliud mox laxa, mox obstructa, pauroes in somno, pallor faciei, pruritus narium et intestini recti, (qui ascaridum imprimis praesentiam indicat) nausea, vomitus, saliuae copiosior affluxus, singultus, animi deliquia, motus conuulsiui, epileptici, soporosi, tussis sicca, febres anomiae, continuis remittentibus, et lentis non dissimiles. Haec igitur sunt illa symptomata, quae plerumque vermes adesse designant, et quorum nunc plura, nunc pauciora adsunt. Non raro tamen eiusmodi symptomata producunt, quae longe ex alia, quam verminosa causa deriuanda esse videntur, vti ille morbus i^cteritus est, cuius historiam §. III. dedimus, et sic plures sunt alii morbi ex eodem fonte orti, qui tamen longe aliam causam habere primo intuitu videntur. Quis in phrenitico deficientibus aliis symptomatis, quae vermes arguere valerent, causam phrenitidis in illis quaereret? At tamen exempla, quae prostant, id abunde docent. Sic enim

in

in quodam phrenitico ^{y)} et hoc morbo mortuo, dissecto post obitum crano, vermem inuenierunt, qui utramque meningem perfoderat et causa mali huius atrocis fuerat. Sic quidam dolores immanes capitis percessus fuit, qui antea mali venereo laborauerat, quilibet et hic in reliquis huius mali forsitan causam quaesivisset, et frustra ut in nostro casu omnia adhibuisset, omnibus enim tentatis sola trepanatio hoc dirum symptoma profligauit, quippe qua instituta, sub crano, paruum vermiculum rubrum inuenierunt ^{z)}, quo exemplo omnes dolores silebant, et aeger deinde perfectam sanitatem natust, nec unquam amplius primis doloribus cruciatus fuit. Ex hac vero tam aliena interdum symptomatum indole, non leuiter difficultas scrutinii verae et genuinae morbi causae augetur, praesertim si vermium effectus aliis morbis tanquam symptomata accessisse videntur ^{a)}, cum tamen ut causa vera considerandi fuissent. Talis fuit illa pleuritidum species, quarum historiam in MORGAGNIO legimus ^{b)}, quae a causa verminosa ortae fuerant. Ut hos vero morbos facere soli possunt, vel iis accedunt, et malorum in miseris aegris copiam mire augent, medentiumque laborem non parum aggrauant, sic et multis aliis sese adiungunt morbis. Vidimus hoc in iis morbis putridis, qui an-

^{y)} LIEUTAVD P. II. obs. 543.

^{z)} ANDRY Art. I. C. III. p. 28.

^{a)} ANDRY p. 166.

^{b)} Ep. XXI. Art. 431.

nis huius saeculi 71. et 72. in nostris terris grassabantur, quippe in quibus non raro magna lumbricorum quantitas morbi symptomata mire augebat, et eius sanationem longe difficultiorem reddebat^{c)}. Interdum eorum etiam symptomata tam miti ratione, tamque obscure agunt, ut ne aeger quidem iis laborare putet; atamen haud raro non minorem labem machinae inferunt, ac si dirissimis mox se ostendens dissent symptomatis. Diu enim dum vermes in corpore nidulantur, humores omnes ita depraviantur, solidorum compages atque vis ita frangitur, ut, vel leui tantum accidente morbo alio, totum destruatur corpus. De qua re notata dignam, in antea laudato auctore inuenies historiam^{d)}. Iuvenis enim, post leue illi in calcaneo vulnus infictum, illo iam ferme sanato, terano corripiebatur, quem postquam lumbricum euomuerat, stertor, et mors sequebatur. Dissesto cadauere, et imprimis diligenter disquisito vulnere, nil inuenierunt in illo, quod tantorum malorum causa sola fuisse potuisset, at, in corpore, tantam omnium internarum partium labem viderunt, quae facile causam tot malorum declarabat; hancque a vermis rependam esse, eorum praesentia, non sine ratione suadebat.

§. VII.

c) D. L. C. OETTINGER de febribus ab initio fere Mensis Decemb. 1771. per annum 72. hic usq. Erford. epidem. graffant. Commentatio Erford. 1772. §. 7. p. 17. 18.

d) MORG. Ep. LIV. Art. 49.

D

§. vii. VII. 10. 17

De vermicis signis, saepe incertis, non nisi eorum
Ex hac vero tam multiplici symptomatum, quibus ver-
mes corporibus nostris infensi sunt, indole, iam quodam-
modo patet, quam difficile saepe causarum eruendarum scruti-
nium esse debeat, praesertim, cum multis morbis signa,
quae de vermis testari dicuntur, etiam communia sint.
Saburra cum acrimonia in primis viis collecta, plurima signa
dat, quae et in vermis adsunt, ut sunt, nausea, vomitus,
abdominis turgescens, dolores capitis saepe sat pertinaces,
vertigo, et quae sunt reliqua. Verum quidem est, causas,
quae vitia in primis viis dicta alunt, etiam ad vermes gene-
randos sufficere, et hinc ea remedia, quae priora ista vitia
tollunt, et colluuiem quoque verminosam non huncquam re-
mouere debere, iure conclaudi posse, libenter concedo; inté-
rim tamen vermes, non raro tam arcte intestinorum parieti-
bus adhaerent, ut saepe, et si omnem quasi saburrae copiam
e primis viis eliminaueris, illi tamen adhuc in intestinis com-
morentur. Praeterea tanta interdum saburrae vis in primis
viis later, ut, licet iam non parca eius expulsio fuerit copia,
sat magna tamen adhuc quantitas in illis, ad fonsendos et
alendos vermes apta, delitescat. Locus etiam, in quo ver-
mes in intestinorum tubo haerent, multum, ad eorum vel
faciliorem, vel difficiliorem expunctionem facit, et inde etiam
ad maiorem vel minorem diagnoseos certitudinem. Ex
physiologia patet, motum imprimis duodeni et jejunii peri-

stalicum viuidiorem atque celeriorem esse, ac reliquorum,
 et iustum quidem ob rationem, in his enim imprimis chy-
 lus praeparatur, per reliqua vero, maxima ex parte inertes
 particulae e corpore eliminantur. Si igitur vermes in his
 prius nominatis partibus intestinorum haerent: ob viuidio-
 rem motum, non tam arte cum illis cohaerere poterunt, ac
 si in crassis lateant, cum languidior horum motus, maiorem
 illis arte adhaerendi *vermibus* occasionem largiatur ²⁾. Si-
 gnorum porro fallacia, non parum hancce ob causam au-
 getur, quia morbus verminosus, uti §. praecedenti vidimus,
 non raro cum aliis complicatus est, aut morbi plures cau-
 sae adsunt, ex quarum qualibet symptomata declarari pos-
 sunt. Ut hoc exemplo illustrem, licet breuem morbi epi-
 leptici historiam addere. Pueræ, sedecim annorum, incen-
 dio oborto et clamore, terrefacta, animo mox delinquitur, ad se
 iterum reuocata, per aliquot dies languorem in toto corpo-
 re magnum sentit, motibusque febrilibus irregularibus, et
 doloribus capitis validis angitur, tandem subito, nulla praæ-
 sente alia causa occasionali, motibus epilepticis corripitur,
 qui continuo augmentur. Omnes primariam causam in terrore
 quaerebant, et inde omnia in *v* (um vocabantur, quae in il-
 lumbricis morbo erant. (D. 2) *Subba* siquid illi a la-
 ge) Imprimis hoc de lumbricis valet, non autem de taenia, etiam ya-
 lere, moneo, quippe quæ plerumque in ventris ea regione,
 ubi pylorus habemus, reperitur, et per tractum intestinorum
 vterius reptit, et cuius ampla corporis forma etiam aptior in his
 locis ad cohaerendum est, ac illa lumbricorum. vid. ANDRY

la causa vitilia censentur, et quae sanguinis circulum, fluidi-
que nerui naturalem motum restituere valerent, sed frustra
omnia tentabantur. Cum autem necessitas tandem fortius
purgans indicaret remedium, illo assumto, magna cum vi-
scidi, ascaridum simul ingens copia e corpore eliminabatur,
quibus expulsis, omnes motus epileptici silebant, et (vti ab
amicis audiui), nunquam aegra illis postea iterum afflita
est. Huius morbi vero causam, si attento oculo contem-
plati fuerimus, primariam, minime in terrore latuisse, sed po-
tissimum in vermicibus, quos a terrore, tanquam causa occa-
sionali, nunc in motum actos, hunc tristem effectum pro-
duxisse, manifesto videmus. Ante enim parum vel nihil de
incommodis vermium sociis et pedissequis, et quae horum
suspicionem mouere potuissent, conquesta fuit, imo etiam
nunc, aegra motibus epilepticis correpta, nulla manifesta
horum signa aderant; quapropter omnino credo, quod asca-
rides illum horrendum effectum non produxissent, nisi tam
magnus accessisset terror; solum tamen terorem etiam hunc
morbum non efficere potuisse, nisi iam vermes adfuissent,
quorum vis irritandi neruos hos ipsos iam quodammodo ad
motus spasticos disposuerat, certo persuasus contendeo. Pleu-
ritis illa supra adducta (§. ant.) hanc signorum incertitudi-
nem, non minus demonstrat; quamquam enim signa quaedam,
quaे vermes denotabant, aderant, tamen, cum mor-
bi facies inflammatoriis simillima fuerit, credo omnino, quod
medentes, et praesertim in epidemiae principio, magis ad
euer-

coercendam inflammationem, tanquam ad symptoma vr-
gens, *refixerint*, quam ad expellendos vermes. Illustrat
hoc egregie ille morbus iuuenis cuiusdam, cuius historiam
in Cebri MORGAGNIO legimus, quippe qui laborans pleuri-
tide, nulla alia signa quae vermes adesse designarent, osten-
dit, quam nauseam; reliqua enim magis pleuritidem deno-
tabant; hic eieeto tandem cum vomitu cruento tereti lum-
brico, perfectam sanitatem nactus fuit *f).*

Nimium me a praescriptis limitibus deduceret, si omnia
singulaque vermium signa trutinare et quo vsque ea certa vel
incerta sint, demonstrare vellem, sufficiente igitur haec, ex
quibus non obscure patere arbitror, signa illorum saepe fa-
tis incerta atque dubia esse. Idem de aliis non raro valet
morbis, imprimis si ad ea signa regredi volumus, quae ali-
quid ad detegendam veram morbi causam faciunt, ut id ex
morbo icterito illo, cuius historiam dedimus, vidimus. Li-
ceat igitur vnicum adhuc addere momentum, quod signo-
rum saepe incertitudinem probat. In quibusdam nempe
morbis ea interdum signa adsunt, quae vermium praesen-
tiā omnino indicare videntur, et si deinde inuenimus, hos
neutiquam veram morbi fuisse causam. Euoluendo de hoc-
ce argumento egregios MORGAGNI libros, obseruationes
quasdam reperies, quae hoc abunde probant *g);* nolo igitur
illas fusiū recensendo, diu inhaerere. Varias itaque vi-

D 3 di-

f) MORG. Ep. XXI. Art. 42.

g) id. Ep. XXXV. Art. 14.

dimis causas, propter quas certa semper adesse signa, quae nos vermium docerent praesentiam, pp neutquam dicere possumus. Non ultimo loco ea incertitudinis causa ponenda est, quae ex effectu anthelminticorum non raro in certo oritur, necesse igitur esse putavi, vt breuem eorum adumbrationem atque disquisitionem adderem.

§. VIII.

De Anthelminticis eorumque saepe incerto effectu.

Anthelmintica illa dicuntur remedia, quae vel enecandi vel expellendi vermes vi atque virtute, vel utraque gaudent. Pertinent igitur in hanc classem, omnia nauseosa et amara, purgantia fortiora, et sic dicta drastica, non minus interdum locum inter anthelmintica, varia dulcia, oleaque^{k)} sibi vindicant atque diuersa e regno minerali de-
prompta corpora. Non minorem in eorum enim catalogo locum occupant Antimonialia, aethiops mineralis, salia porro varii generis, vt et aquae sic dictae minerales, quae omnia in quibusdam corporibus huncce titulum pro-
mereri possunt. Nec desunt varia specifica quae in hac vel illa vermium specie egregie a variis autoribus laudan-
tur, atque suadentur. Haec specifica imprimis in illa ver-
mium specie copiosa reperiuntur, quam taeniam appella-
mus

ⁱ⁾ ANDRY C. IX. Art. II. p. 154 sq.

^{k)} ANDRY p. 157.

^{l)} LUDWIG Inst. med. clin. §. 922 seqq. Herm. BOERHAAV.
Aphorism. de cogn. et curand. morb. §. 1369 seqq.

mus; praeter enim iam recensita remedia cuprum, stanni
 rasuram, oleum nucis iuglandis, et plura alia, quae nomi-
 nare vix possumus, laudata inuenimus, de quibus omnibus
 autem sat amplum catalogum in variis auctoribus legi-
 mus.^{m)} Nauseosa vi enecandi et etiam interdum expel-
 lendi vermes gaudere, diximus, si tamen eorum virtu-
 tem bene considerauerimus, plurima eorum, non tam in
 vermes ipsos in corpore contentos agere inueniemus,
 quam potius in loca illos continentia. Nausea enim vel
 ab ingrato quodam, quem in corpore mouet, sensu, et
 qui a particulari corporis, in quod illud nauseosum agit,
 dependet idiosyncrasia, vel a specifico, quod nauseam ex-
 citat, acri oritur, ex quibus omnibus, motus fibrarum
 spastici oriuntur.ⁿ⁾ Patet itaque ex prioribus multa,
 quibusdam corporibus, nauseosa esse posse, aliis autem
 non. Exempla hysteriarum foeminarum hoc egregie
 probant, quae non raro foetidissima lubentius, ac suauis-
 simi odoramenta patiuntur. Probant id porro multi mor-
 bi, in quibus aegri res, alias illis gratissimas, ne quidem
 sine nausea videre possunt. Per morbos enim non raro
 aegrorum idiosyncrasia mutatur, et auersatio eorum
 exinde oritur, quae antea quam maxime appetebant,
 Nausea enim suam imprimis vim in neruos exserit; hi enim
 irritati, vel ab idea ingrata vel a specifico acri, ventriculi
 et
^{m)} ANDRY Ch. IX.
ⁿ⁾ BOERR. Pathol. §. 809.

et intestinorum quasi convulsionem vel concussionem excitant, qua vermes e nido suo pelluntur, et tandem e corpore penitus eiiciuntur. Cum itaque, nauseam a particulari idiosyncrasia saepe dependere, ex dictis eluceat, apparet simul exinde, nauseosa non in omnibus subiectis vim posse anthelminticam possidere. Amara, resoluentia et roborantia simul sunt; cum enim particulis suis gummeo-resinosis fibrae debili maius robur addant, actionem solidorum augent, hinc fortius illa agendo viscidii resolutionem promouent, atque sic, destructo nido vermium, et vermium expulsionem facilitant, quam et ea propter iuare forte possunt, quoniam specificus horum remediorum vel odor vel sapor vermbus contrarius est. Quam difficile, quam insecure saepe hoc vel illud remedium, optatum effectum edat, is lubenter mihi concedet, qui verminosorum morborum interdum medelae interfuit. Quamquam enim non negamus, dicta remedia saepe usum magnum in his morbis praestare, tamen et affirmare veritas nos iubet, quod etiam experientia comprobat, plurima horum remediorum saepe frustra tentata esse, et id imprimitur accidentit, si aegri hoc morbo affecti remedium quoddam mox diutius adhibere nolunt. Quae de nauseosis et amaris dixi, id et de reliquis omnibus interdum valet. Vti autem omnia sic dicta anthelmintica, non semper spectatum effectum edunt, sic e contra, multa remedia pharmaceutica et domestica, casu sibi anthelminticorum famam acqui-

acquirunt. ^{o)} Oleum amygdalarum amararum ^{o)}, hoc potum esse nomine legimus; sal marinum seu culinare ^{p)} hoc sibi in nostro morbo comparauit, et sic vel nuper demum, magnam lumbricorum copiam, vsu succi dauci expressi, expulsam vidi, et sic plures alias apud varios Authores observationes inuenies, vbi nescio quo casu, quadam re assumta vermes egressos fuisse, legere possumus. Ex his autem, hucusque propositis, patet, anthelminticorum virtutem, non constantem semper esse et in omnibus corporibus, hunc edere effectum, quem ab anthelmintico exspectamus. Quae vero cum ita sint, simul nouam nobis causam suppeditant, ex qua scrutinii difficultas in morbis apparet. Sed sufficient haec de anthelminticis dicta; progrediamur potius ad considerationem morbi icteritii istius, cuius historiam dedimus, propiorem, et diligentiorem, et disquiramus, ex quibus illa causam eruendi difficultas, momentis declarari possit.

§. IX.

Icteri: exposti consideratio.

Diligenter historiam morbi huius icteritii examinando, variae mihi obviae venerunt causae, quae mihi probare videbantur, scrutinium verae illius causae, non omnino facile fuisse. Puer in primis aetatis annis rhachiticus erat, quod

^{o)} ANDRY p. 157: *qui butyrum non minus laudat.*

^{p)} Medic. chir. Handbuch, p. 357.

manifestum humorum deprauatorum indicium est. Ex hoc vero vitio ad digestionem laesam atque ciborum in peruersam chyli elaborationem concludere debemus; inde autem viscidi facilis origo pater, vti et eius in nostro aegro abundantiam, glandulae infarctae et alia signa docebant. Si autem nunc viscidi praesentiam et in duodeno assumendam esse ratio iubet, effectus dicuntur: facile etiam quilibet mecum consentiet, si statuo, ex hoc viscidio in duodeno copiose haerente, bilem facile potuisse in suo in hoc intestinum iterne retineri, lumine ductus biliosi viscidio obturato in duodeno, inde vero et regurgitatio huius liquidi versus sanguinem facile declaratur. Cum autem plerumque viscidio quedam acrimonia simul iungitur, cuius quidem naturam iam disquirere nolo, cum ex vietu, quo hac aetate fruimur, acidi genesis verisimilis sit, videamus solummodo effectus, quos hoc subtile acidum edere in corpore potest. Acre acidum, irritando et vellicando teneros tenelli corporis neruos, ad spasmos illos disponit, vti morbi infantum ab acido abundante orti, abunde probant, spasio autem omnes illo affectae partes solidae contrahuntur et coarctantur, et fluida in illis mota, in motu retinentur, accumulantur, et nunc, cum viam naturalem prosequi non valeant, aliud et a naturali declinantem sibi aperiunt. Nonne igitur, vel solae hae adiutoriae causae ad iterum genesis declarandam sufficerent? Videlimus autem, viscidi sat magna copia expulsa, iterum dum in nostro aegro fuisse ortum. Operae igitur pretium esse

esse censui, veram illius causam curatius et diligentius examinare. Sunt casū quidem, non admodum rari, vbi vermes, in ipso hepate, inuenientur, nec minus in vesicula fœlea et ductibus eius ^{q)}, at enim vero, in nostro casu neutram statuendum esse puto, lumbricos, deinde excretos, in aliquo horum locorum antea haesisse, et iam post viscidi eliminationem *viis iterum patulis redditis*, in intestina repulsi, et nunc adhibito quodam illis nocuo remedio, demum fuisse expulsos. Si igitur, quae ego statuam, proferre licet, potius sic existimo, vermes, suo viscido inuolutos, partem occupasse intestinorum, ab hepate remotiorem, vbi quidem causa terminum illorum vehementium, quae supra commemorauimus §. III. esse poterant, i^{ter}um tamen producere nondum valebant; viscidi autem aliqua parte expulsa, e loco pulsos pristino fuisse; e nido igitur egressos, illoque destructo, alium et altiore petuisse locum, vbi et nidum et quietem inuenirent. Quilibet id eo facilius credere et concedere poterit, si copiosa illa clysmata, quae ad mitigandos dolores iniiciebantur, simul perpendit. His enim non solum magna viscidi copia eliminabatur, sed illa etiam vermis forte ingrata, hos odore e loco pellebant; qui igitur, nunc in loco, hepatis propiori, haerentes, irritando et vellitando, spasmos ibidem producebant, ex quibus nunc i^{ter} origo facile colligi potest. Si itaque ad veras huius i^{ter} E 2 cœlum
cau-

^{q)} V. SWIETEN Tom. III. p. 82. et in genere de i^{ter}ero vermino-
so ANDRY p. 166.



causas respicimus, remotas in dispositione rhachitica aegri inuenimus, quippe ex qua solidorum laxitas atque debilitas, fluidorum visciditas atque non raro coniuncta acrimonia declaratur. Hac igitur praesente corporis dispositione, seminii euolutio verminosi facilis est explicatio. Praedisponentes igitur nostri morbi causas in evolutione seminii verminosi, adiuta per viscidii in primis viis abundantiam et solidorum torporem, latuisse cernimus. Opus igitur est, ut veram etiam causam ieteri occasionalem detegamus, quae praedisponentibus iuncta nunc causam proximam ieterumque ipsum produxit.

§. X. seq. §. III. de evolutione
de alijs.

Causa occasionalis et proxima ieteri.

Si consideramus diu iam in primis viis forsan latuisse vermes, nec tamen ieterum produxisse: mirum primo intuitu videri posset, cur non iam antea diu hunc effectum produxerint. At enim vero, si quae de hac re antea ^{r)} diximus, recte trutinauerimus, videbimus, illos tum, cum adhuc in loco ab hepate remotiore, latebant, illum quidem producere non potuisse, quia spasmodicam suam virtutem non usque ad dicta loca extendere valebant, iam vero nido orbati et clysmatum ope in hepatis propriem locum venientes, ad spasticas virtutes suas exferendas, ad iete-

^{r)} vid. §. IX.

rum efficiendum satis potentes erant. Causae igitur occasio-
nales sunt nisi seu viscidi in loco vermium pristino destru-
ctio, eorum inde in altiorem locum migratio, et ibi oborti
spasmi, quibus bilis impediebatur, quo minus in duodenum
fese effundere potuerit; hinc accumalata versus sanguinem
regurgitabat et causam proximam inde ieterumque simul
producebat. Haec est mea, quam de hoc morbo habeo, sen-
tentia, quae si minus omnibus placet, perpendant, non quem-
libet tantum ingenii acumen possidere, ut naturae secreta
penetrare valeat.

§. XI.

Connclusio.

Ex hoc vero tam complicato morbo, vbi tot diuersa
symptomata causae aderant, et ex tot multiplicibus et variis
isteri et vermium causis non obscure patere arbitror et col-
ligi posse existimo, quam difficile, quam impossibile saepe,
verae causae scrutinium in plurimis morbis esse debeat.
Multi sunt adhuc morbi, qui manifesto idem docent: co-
gites tantum, rogo te, quam polimorphus, saepe venereus
sit morbus; nunc morbus chronicus, nunc acutus est, sae-
piusque sub scabie, rheumaticis morbis, arthritide pluribus-
que latet seque occultat. Vti autem hancce ob causarum
causarum scrutinium saepe difficultimum est, quoniam nem-
pe veram inuenire non valemus, sic non desunt varia alia
ob-



obstacula, quae nobis non oppido raro in morborum me-
dela obueniunt, de quibus tamen differendi iamiam occa-
sio deest. Sufficient igitur haec, et contentus ero, si sat bre-
uiter haec dicta non omnipino lectoribus displicant eosque
legisse poenitebit.



ULB Halle
003 249 530

3



56.



4
1725, 1d

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
DE
DIFFICILI SAEPE CAVSARVM
SCRVTINIO IN MORBIS, EXEMPL
ICTERI IN PVERO VERMINOSO
OBSERVATI ILLVSTRATO.

QVAM
AVCTORITATE
ET CONSENSV GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

P R A E S I D E
D. PHILIPPO ADOLPH. BOEHMERO

POTENTISSIMO BORVSSOR. REGI A CONSILIIS AVLICIS,
MEDICINAE, ANATOMIAE ET CHIRVRGIAE PROFESSORE PVBL. ORDINAR.
NEC NON FACVLT. MED. SENIORE EIVSEMQUE H. T. DECANO ETC.

PRO
GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN ARTE MEDICA HONORIBVS

ATQVE PRIVILEGIIS RITE CAPESSENDIS

AD D. XVI. JANVAR. CICOCCLXXV.

P V B L I C E D E F E N D E T

A V C T O R

PAVLVS IOACHIMVS SCHEELE
STRALSUNDENSIS POMERANVS.

HALAE AD SALAM

A E R E H E N D E L I A N O.